

*Comedent, et supererit.*

Léctio libri secúndi Regum

4, 42-44

In diébus illis:

<sup>42</sup> Vir quidam venit de Baalsálisa  
déferens viro Dei panes primitiárum,  
vigínti panes hordeáceos  
et fruméntum novum in pera sua.

At ille dixit:

«Da pópulo, ut cómedat».

<sup>43</sup> Respondítque ei miníster eius:  
«Quantum est hoc, ut appónam coram centum viris?».

Rursum ille dixit:

«Da pópulo, ut cómedat.

Hæc enim dicit Dóminus:

“Cómedent, et supérerit”».

<sup>44</sup> Pósuit ítaque coram eis, qui comedérunt,  
et supérfuit iuxta verbum Dómini.

Verbum Dómini.